



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Clariss. Viro D. Michaeli Bootio Magnæ Urbis Antverpianæ Senatori,  
Literarvm Ac Literatorvm Mecœnati, Franciscvs Svveertivs F. S. P.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)



CLARISS.<sup>mo</sup> VIRO

D. MICHAELI BOOTIO

MAGNAE VRBIS ANTVER-  
PIANAE SENATORI,

LITERARVM AC LITERATORVM

*Mecænati,*

FRANCISCVS SVVEERTIVS

F. S. P.



Aturus Orbi CHRI-  
STIANI ORBIS  
DELICIAS, isthoc  
volumine ceu myro-  
thecio comprehensas, ô deliciae  
meae BOOTI, nihil habui anti-  
quius quàm eas ipsas, hunc redactas  
in ordinem, delicatissimo iudicij tui  
palato gustâdas offerre, priusquam  
à cætero literatorû hominum cætu  
delibarentur. In te enim præter for-  
tunæ amplitudinē, qua paucis tuo-  
rum ciuium concedis, multæ sunt

† 2

præstan-

præstantes virtutes, Labor & industria in negotijs, peracreque omnibus in rebus ingenium & consilium. **A**ccedit, quo nihil est præstantius, nullumque certius animi magnitudinis argumentum, quòd tu fortunæ amplitudinem atque opes non tam in possessione ( id quod sapientissimus Philosophus tradidit ) quàm in usu positas, existimas. Quod duabus in rebus semper declarasti, hoc est, in quotidiano vitæ cultu, domesticoque splendore, in quo à nemine omninò superaris; tum in hominum fortunâ liberalitate tua subleuanda atque augenda: inquam nemo confugit, qui, vel à te repulsam tulerit, vel se queratur concepta spe vnquam excidisse. **C**ommitatur egregias virtutes naturæ suauitas & comitas, moresque in quotidianavitaë consuetudine commodi, ac singularis humanitas. **E**c  
cul

DEDICATORIA.

cui igitur has DELICIARVM mer-  
ces meliori lembo commissem, ò  
BOOTI, quàm vni tuo, per quem  
pro veteri in humaniores literas a-  
more & studio, intra humanitatis  
ac benignitatis tuæ alueum conce-  
ptæ, & tui nominis amplitudine ve-  
lut tutelari Numine, aduersus om-  
nem temporum inclementiã com-  
munitæ, per medios maledicorum  
& obstrepentium semper calumni-  
atorum scopulos, in æternantis fa-  
mæ desideratissimum portum, vel  
prægnantibus linteis, vel adnitenti-  
bus remis, erunt certissimò deue-  
hendæ? Hæc me ratio ad te duxit  
potissimum, imò pertraxit Clariss.  
Domine; hæc me tibi amoris & ob-  
sequij semper parati, tam solido ne-  
xu illigauit, vt hunc nodum (ita me  
Deus amet) nullus vnquã sui tem-  
poris falce vorax Saturnus, dũ viuo  
& viuam, sit recisurus. Id porrò cau-

## EPISTOLA

sæ me deinceps impulit ad emittendas in publicum illas cupedias, quas vel easdem alij, vel certè similes edidissent; tum quòd & ordinem paulò accuratiorem nonnulli requirerent in aliorù laboribus, tum quòd insperfas ferrent subinde res illas quæ hæresin redolerent, quo fiebat vt ab Italia, illa insigni auitæ Religionis parête; ab Hispania, Fidei veteris propugnatrice acerrima, alijsq; locis Catholicis ceu contagiosæ pestes exularent. Vtriq; incommodum conatus occurrere. Sed nunquid ad gustum doctorù hominum, nunquid ad sensum rectè sentientiù satis feliciter? Erit id tui in primis iudicij, Magnæ Urbis Magne Senator, ad cuiusego tribunal literariù, has primùm coëgi venire DELICIAS, quàm ad aliorum iudicù irent subfella, quod confiderem, tibi vni si probarentur, reliquis omnibus Minerva

neruæ

DEDICATORIA.

neruæ corculis non facile displicituras. Iniquos & malos, qui omnes rodunt, omnibus inuident, nihil moror. Obtrectationem stultorū esse thesaurum, me docuit Comicus, & Inuidiam (dicam ipsa Inuidia præfente) nō in alio quā degenari, & ieiuno animo domicilium sibi collocare, didici. Quod si nō desint qui antiquas vellent, & interuallo temporum obsoletas marmorum Inscriptiones, Epitaphia, Cenotaphia, aliaq; eiusmodi iā penè corrosa; ut sunt nonnulli qui sapientes existimant eos homines solū, qui vino vetere solent uti: illos ego lubens volensque tam canæ Antiquitatis amantes & studiosos, ad doctissimos Petrum Apianum Mathemat. Bartholomæum Amantium, Martinū Smetium, Iosephum Scaligerum, Marcum Velferum, Ianum Gruterum, Iustum Lipsium mel & deliciū

† 4

Musa

EPIST. DEDICAT.

Musarum, aliosque remittam, illud  
vnum verbo præfatus ( nisi me mea  
fallit opinio ) non defutura in his  
nostris DELICIIIS, que veterum epu-  
las & silicernia vel æquent omnino,  
vel etiam superent. De omnibus iu-  
dica Cl. BOOTI, & DELICIIIS istis vt  
lubet fruere, ac me æternum vsu &  
mancupio & amore tuum, quod fa-  
cis, ama,

*o & præsidium & dulce decus meum.*

Antuerpiæ. Ex nostro Musæolo.  
Anno reparatæ salutis cl. Ioc. IIX,  
ipsis Kal. Mart. D. D. BLASIO DE  
BELAR & HENRICO VAN ET-  
TEN Coss.

DELL